

002.

Heinrich schenkt der bischöflichen Kirche zu Bamberg sein Erbgut zu Seedorf.
Frankfurt 1007 November 1.

Originaldiplom im k. bayr. Reichsarchiv zu München (A).

5 Mon. Boica 28^a, 377 n^o 240 aus A = Wirtemberg. UB. 1, 247 n^o 209. — Böhmer Reg. 1021. — Stumpf Reg. 1478.

10 Bis auf die von Ba. II nachträglich hinzugefügte Datierungszeile geschrieben von ED. nach einem von diesem Notar unter Benutzung des Bamberger Generalprivilegs DH. II. * * * angefertigten Concept, vgl. Erläuterungen 000. Was aus dem Generalprivileg entlehnt, wenn auch zuweilen an anderer Stelle eingereiht worden ist, veranschaulichen wir hier und in den drei folgenden DD., auf welche die meisten der vom 1. Nov. 1007 datierten Bamberger Urkunden zurückgehen, durch Petitdruck. Zur Datierung vgl. Erläuterungen 000; über das geschenkte Gut Stälin Wirt. Gesch. 1, 290.

15 (C.) * In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur, ut temporalia relinquentes bona et * terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. * Quapropter NOS dominicis non surdum auditum prebentes preceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus * quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen
20 episcopatus sublimando proveximus 'et Romana * auctoritate * atque venerabilis Heinrici Vuirceburgensis episcopi consensu * ac pari * communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu decretoque * in honorem * sanctae dei genitricis Mariae * sanctorumque apostolorum Petri et Pauli necnon martyrum Kiliani atque Georii * stabilivimus et corroboravimus, ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus orthodoxis hostia mactaretur
25 salutaris. Proinde noverit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas, quia nos nostrae quendam proprietatis locum Sedorf^a dictum in pago Para et in comitatu Hiltiboldi^a comitis situm ad eandem supra dictam episcopalem sedem Babenberc dictam una cum omnibus eius pertinentiis sive adherentiis videlicet vicis villis aecclesiis servis et ancillis
30 areis aedificiis terris cultis et incultis viis * inviis exitibus et redditibus quaesitis vel inquirendis silvis saginis venationibus * aquis * piscationibus molis molendinis rebus mobilibus et immobilibus ac ceteris omnibus. quae rite scribi aut appellari possunt quoquoque modo utilitatibus, hac nostrae auctoritatis preceptali pagina, prout firmitus possumus, donamus atque proprietamus omnium contradictione remota, precipientes igitur, ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique
35 successores liberam dehinc habeant potestatem eundem prescriptum locum^b Sedorf^a dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi commutandi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Si quis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam * destruere sive violare presumet, in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili * luat. Quod ne eveniat sed haec traditio nostra * ab omnibus perpetualiter inviolabilis permaneat, hanc cartam inde conscriptam
40 manu propria roborantes sigilli nostri inpress[ione^c in]signiri iussimus.

* Signum domni Heinrici (M.) regis invictissimi. Eberhardus cancellarius vice
Uuilligisi archicapellani recognovi. * (Si. 2).

002. [Bresslau] a) Von ED. in dafür gelassene Lücke nachgetragen b) locu ohne Abkürzungszeichen A c) ione in erloschen; nur noch Spuren der Buchstaben erkennbar.